1500015

Zakrzewski — Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Jacobi Poplawski de Gawiny Topczewo haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Mathiae olim Erasmi Zakrzewski de Topczewo heredi et ipsius posteris obligationem suam terrae immobilis in bonis Topczewo Gawiny sitam eidem per Nobilem Laurentium Olech Topczewski in summa quinque florenorum polon. inuadiat cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis sua ac parata Intromissione possessione tuitione Evictione et ligamentis in originali Inscriptione contentis emundando ius suum perpetuum a praefato Nobili Laurentio Topczewski acquisitum demittit omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius et ipsius successorum plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi iam exnunc offerre acceptandam admittendo.

Mierzwino — Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Mathiae Mierzwienski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilem Martinum olim Alberti Gasowski ex obligatione bonorum in haereditate Mierzwino consisten. sibi recognoscenti per eundem in Decem floren. polon. inscrta ob sufficientem satisfactionem et Decem floren. polon. persolutionem quietat Inscriptionem eiusmodi cassat et de bonis superius recensitis exnunc condescendit.

Puchalski — Cessio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus personaliter comparens Nobilis Paulus olim Bartholomaei Zebek Krasowski de Krasowo Siodmaki haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Gasparo filio Nobilis Simonis Puchalski et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu Inscriptione certa principaliter per Nobilem Christophorum olim Mathiae Sobota Krasowski Nobili Sophiae consorti Nobilis Joannis Krasowski coram Actis praesentibus feria quinta post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto in summa septuaginta florenorum polon. super medios mansos Więcławowskie in omni triplici campo in haereditate Krasowo ...llis consisten. facta tandem sibi demissa cum omnimoda potestate ... Inscriptionis sua ac parata Intromissione possessione